

\* P \* V \* I \* S \*

\* 1 \* 6 \* 2 4 \*

- I. Paraphrasis Psalmi LXXXII M. Zachariae Wennebergeri  
 II. Psalmi Davidici 121. 91. 125. 124. Gregorij Bersmanni.  
 III. Venie de Christo recens nato Joachimi Flemingi.  
 IV. Lessius Cesareus Cyriaci & Herdesiani <sup>sup</sup> obitum Rudolfi Imperatoris  
 V. Soteria Dr. Johanni Georgio Saxonum Ducis Academie Wittebergensis.  
 VI. Votivus applausus Dr. Dr. Principi Anhaltino administrationem principatus Cisalbini  
 suscipienti Friderici Theodore Gorlici.  
 VII. Teos quod rursum evocata ad Dr. Augustum Principem Anhaltinum Flemigii causa sua  
 vestam iheresum M. Petri a Fera.  
 VIII. Epitulam M. Marci Friderici Werdelius  
 ad Dr. Augustum Ducem Brunsvicensem.  
 IX. Epitulam ad eundem principem Iohanni  
 Cremeri.  
 Elogia Gregorij Bersmanni Rudolphi Princi-  
 pi Anhaltino sponte scripta.  
 X. Teos quo uterque Dr. Rudolphi Princeps Anhal-  
 tino scripta a Collegis schole Serventare.  
 XI. Epicedium in obitum Dr. Rudolphi Princeps An-  
 haltini Abrahami Cremeri.  
 XII. Strena Poetica Christophori Heroldi.  
 XIV. Euerela Saravontonis et Bionae.  
 XV. Gregorij Bersmanni in pontem sublimam  
 defrauensem Carmen Iacobius M. Cremeri.  
 XVI. Joachimi Flemingi Sicular Scholasticum.  
 XVII. Abrahami Vbiici Diagraphe Laboris  
 Scholastici.  
 XVIII. Coronis Collegio Disputatorio et Oratorio  
 imposita.  
 XIX. Typus Depositionis Scholasticae Fri-  
 derici Widebrani.  
 XX. Bulla et amuletum M. Blocy.  
 XXI. Orationibus Dr. Danielis Bliesardi.  
 Dr. Johannis Christophori Hartmanni. Dr.  
 Philippi Neudlingeri. Dr. Matthaei Coleri  
 Doctorum scripta.
- XXII. Gratiarum Actio M. Gobernis Copperij  
 post Magisterij eutum pronunciata.  
 XXIII. Exequiae eorum Cerevisie Servente  
 ne Daniellis Berckingeri.  
 XXIV. Desortatio a Calennijs.  
 XXV. Germania ad Principem epistola At:  
 Martino Praetorio.  
 XXVI. Votum Schole Veraliensis.  
 XXVII. Teos quod rursum ad Dr. Johannen Sturium.  
 XXVIII. In honorem Magisterij Dr. Johanni Cre-  
 meri.  
 XXIX. Triginta Feyerum M. Christiani Galli  
 Italo-Saxonis.  
 XXX. Adamus Forsterius Friderici Stro-  
 nis Ernesti Wulstorfii.  
 XXXI. Etiam  
 XXXII. Juvenum 37. M. Theophilus Careissen  
 XXXIII. Iohannis Cremeri.  
 XXXIV. In honorem Notariatus Valen-  
 ni Gelani.  
 XXXV. Strena anagrammatum quadrifida  
 Christophori Heroldi.  
 XXXVI. In auptias Dr. Wolfgangi Falagi  
 4. V. D.  
 XXXVII. Ejusdem Iohanni Thilo  
 Nicolai Maij.

# VOTA NUPTIA-

## L I A

### VIRO

*Quà humanissimo, quà eruditissimo,*  
**DN. ERNESTO VVLSTORPIOS. A.**

*Artium humaniorum MAGISTRO, Ludiq; qui  
 est Arctopoli Anhaltinorum, literarii RECTORI*  
*dignissimo PRAECEPTORI suo ætatem honorando,*

**S P O N S O**

&

*Femina*

*Cum florentissimæ tūm pudicissimæ*

**M A R G A R I T Æ P A U L I N Æ,**

**DN. M A R T I N I B I B E R T i p. m.**

*Servestanæ Reipubl. Senatoris integerrimi re-  
 lictæ viduæ,*

**S P O N S A E,**

*matrimonium contrahentibus*

**S E R V E S T A E**

*A. D. X I I I . K a l . F e b r .*

*An. Nov.*

*O M n I a t V n C , f l a I s q V a n D o b o n V s , b o n a s V n t ,*

*Nuncupata ,*

*Superiorum in strictu Praeceptorum ,*

*Septem primariis I. Classis Bernb. Civibus.*

*Servestæ Exendente Zacharia Dörffero.*

MDC  
VIIIVV

# VOTA NUPTIALIA.

## I.

**H**is audiunrur temporibus nova  
Diversa, Martis de rabie trucis,  
De motibus Regum Ducumq;  
De vice temporis atq; rerum.

Hæc latus inter tristia & audio,  
Nostrum Magistrum doctiloquum sibi  
Legisse **RECTOREM** Maritam,  
**MARGARIN**, ingenui pudoris.

Has, dante **JHOVÆ** Numine, nuptias  
Ornâsse votis & precibus piis,

Omnes ad unum nos Alumnos,  
Grati animi memores decebit.

Ergo ô Sodales, versiculos **NOVO**  
**SPONSO, MAGISTRO**, scribite debitos.

*Vires ubi defunt, amica  
Sepè Decus meruit Voluntas.*

Vos anteibo carmine, vos prece  
Congratulantem me comitamini,  
Cum **VOITO, FABRO** atq; **JANO**,  
Tuq; **GEDICCE, BLEBERE, Cauti.**

Sceptrum

Sceptrum corusci quem penes est poli,  
Junctq; Ille clemens corda regat, nives  
Imbresq; hybernos Ille nostri  
Arceat à laribus MAGISTRI.  
E sede SPONSIS sydereâ NOVIS  
Demissus adsit cœlitum chorus;  
Dimissus absit seps profundis  
Cærceris è stygii lacunis.  
Sic nulla tangent VOS mala, sed torus  
Domusq; clavis libera noxiæ  
Diu virebunt, hisq; Nuptis  
.A. B. amio V Invida nil facies nocebit.

In  
Devoti & grati animi  
*πεμπέσοντος* vovebat

Johannes VVagnerus B. A.

Vota darem thalamo Doctissime, S P O N S E,  
M A G I S T E R,  
Invida sed facilem vena negavit opem.  
Accipe vota tamen mentem testanti agratam  
Discipuli: S U P E R I S vota precesq; placent.

A 2 ILLE

ILLE beet vestras letis successibus aedes,  
Qui regit immotis legibus orbis opus:  
Uniat, & sacro vos Flamine muniat ILLE;  
ILLE det ad nutum vivere posse suum.  
Auferat ILLE minas Satanae, technasq; dolosq;  
Quaq; nocent Sponsis, omnia damna, piis.

In  
Observantia grata signum gratia  
tulabundus jure apponebat

Andreas Voitus B. A.

III.

Multuo nihil est amore fratum  
Gratius, meliusvè dulciusvè:  
At nil conjugis est amore casti  
Dulcius, meliusvè, gratiusvè;  
Ut Verbi monumenta dant sacrati:  
Illud me fugit haud, piosq; fratres.  
Hoc Clarissime, comprobas, Magister,  
Præceptor venerande, dum Maritam  
Deligis Tibi floridam & pudicam;

Hoc

Hoc lectissima, comprobas, Marita,  
MARGARIS veneranda, dum maritum  
Deligis tibi floridum, eruditum.  
Concordes in amore sempiterno,  
Felices in honoris invidendo  
Flore Nestorios agatis annos:  
Nec vos imber Ibervè conjugatos,  
Tecta nec glacies nivesq; lædant.  
Faxit ille Poli Soliq; RECTOR,  
RECTOR perpetuū manens in ævum.

*Debitæ Observantie & Gratitudinis  
ergo appreocabatur  
Tobias Faber, Padub. A.*

IV.

**Σ**οὶ, κυρερνήτ' ὡς πανάριστε ὅπλαν  
Μνήμονες τολλῶν ἀγαθῶν μαθηταῖ  
Εὐθλὰ ἔυχωντα, ἐμενεψ, αἰρεσὸν  
Καμὲ δέησδ.

Τοιγαρέννῳ λῃ οραδίη Σεβαστή,  
Μθόαι μεν λεπτή ἀγε συγχαρένται  
Πρεσφέρει, ωράως, ἀγανῷ μετώπῳ  
Λάμβανε μέτρα.

Νυμφίας εἰνθ θερύβοιο ἐκτὸς,  
Καλέχθη Νύμφης ἔργδος Φιέκτος,  
Νυμφίθ Νύμφητε, νέφες, μη ἐκτὸς,  
πνύματος, εἴη.

Νυμφία δοῖη ἐάδωρα καλῶ  
Κοιρανθ, καλῆθ ἐάδωρα Νύμφη

A 3

Nym-

Νυμφί<sup>Θ</sup> Νύμφη<sup>Γ</sup> ἐσίδοιν αγνῆς

χάρματα κοίτης.

Ἐτε σύμφωνοι ἐν ἔρωτι ἄμφω,

Ολβιοι πολλῇ ἐν δόξῃ ἄμφω,

Ζῶντες ἐς ταλεῖς γενέας, πατ' ὀλον

Ἐν χοροῖς ἡ τρ.

*Latinis versibus redditum:*

**Q**Uum tibi, Rector venerande, Alumni  
Vota, multorū memores bonorum,  
Nuncupēt, gratum quoq; me scholarē  
Esse decebit,

Ergò, Præceptor meritò colende,  
Musā quos vilis mea gratulantes  
Offeret versus, placidè & serenâ

Suscipe fronte.

Sit Domus diro sine Dite SPONSI:

Sit Torus durâ sine lite SPONSÆ:

SPONSAq; & SPONSUS sine nube: sacro

Non sine Flatu.

Det DEUS casto sua dona SPONSO:

Det DEUS castæ sua dona SPONSÆ:

SPONSAq; & SPONSUS videant jugalis

Gaudia lecti.

Ambo concordes in amore cœpto,

Ambo felices in honore digno

Vivite,

Vivite, ardenter voveo, per omne

Vivite seclum.

In debitam observantiam  
à Jacobo Jano, Osmersleb. A.

V.

**U**trâg, quid manu eminentे flammæas  
Faces cupido concutis?  
Cur bina tela, dic, cornu sc̄a flammæo  
Geris terisq, lumine?  
Facem tuo, telum tuo, Clariſſime  
Condit, MAGISTER, pectore.  
Facem tuo, telum tuo, Leclifſima  
Condit, MARITA, pectore.  
Diu virete conjuges dulciſſimi,  
Juncti perenni vinculo.  
Vester beatus ſentiat, faxit Deus,  
Nullas amor moleſtias.  
Lis ſit procul, vis ſit procul discordia  
Terisq, quævis toxica.  
Adſit favor concordia & pax aurea  
Terisq, quævis gaudia.  
Beatus ô, qui congruum voto ſuo  
Torum domumq, poſſidet!

Ad

fidelem grati & obedientis animi memori-  
am testandam congratulabatur

Andreas Gödiccus Oſmersl. A.

VI.

**O**Mihi dilectos inter ſupreme Sodales,  
O animi pars magna mei, VVagnere citatus  
Quidnam conſeribā RECTORI ego, quæſo verēdo  
Verſiculi noſtro, cutâ follerte fideq;

Pectore

Pectore qui placido, sine fustibus, impete, virgine  
Hoc nos erudiit melioribus artibus anno?  
Justum equidem fuerat, gratantes scribere versus  
Plures, sed nobis rudibus, nullis q; Poëtis  
Verba bona in causa trias sat fecisse superq;.  
Vivat Iohannes noster chara cum Conjuge RECTOR!  
Vivat! Nestoreos vivat longævus ad annos!  
Sitq; Tonus felix, & Sole & Prole beatus!

In Indicium gratiss. atq; obedientiss. animi F.  
Christophorus Bleberus, B.A.

VII.

D	Oc̄te Magister, Gratia sepe RECTOR aman- Maxima parvis Jure colende; (de, Mensibus atq; Vota, vocatus	Rex velit ipse, Et tibi SPONSE, Et tibi SPONSA. Inde benignus
A	Coryphæo Discipulorum Magna voverem: Et quoq; vellem Magnaq; SPONSO, Magnaq; SPONSÆ, Pangere vobis Vota precesq;. Aſt ego parvus, Quem facilem ipsa Fingere nondum Pallas amavit Docta Poëtam, Quomodo magna Pangere possim? Cum tamen insie	Parva qidem ipse. Carmina parvus Scribo vocatus; Magna sedima Mentis abyssus Fundere promptus, Nuncupo vota, Intima vota, Candida vota. Nempe relapsas Nuperjani Hasce Calendas Esse beatas. Bisq; beatas, Terg; beatas, Ætheris alti
		Omni bus horis. Omnibus oris. Hoc precor imo Pectore nostro Ipse MAGISTRO, Faxit IOVA Sintrata vota, Intima vota, Candida vota.
		Ad declarandam gratitudinem finiebat Theodorus Christophorus Cautius Berenb, A.

F I N I S.

Id 4206  
8°

ULB Halle  
004 167 287

3



f  
Sb

+90  
SIE. 18 u. 25 nicht in PIKA,  
da Hochr.

EO-Bg-

Jul. 01

Ec 14  
24. VD 17 Me





# Farbkarte #13

B.I.G.	Black	3/Color	White	Magenta	Red	Yellow	Green	Cyan	Blue
8									
7									
6									
5									
4									
3									
2									
1									
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9

